

Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 273

In nomine dei summi. Ego Werinbalt pro remedio animae meae et pro aeterna mercede trado ad monasterium Wizenburc, quod est constructum in honore sancti Petri apostoli iuxta fluvium Lutrae et iuxta radicem Vosagi montis in pago Spirensis. Hoc est quod trado in Gisaluingun, quod est in pago Achilgowe, praedium meum quod ibi habere videor cum mancipiis meis ibidem habitantibus, sic in perpetuum transfundo, ut nulla persona magna vel parva, quae cum deo partem habere cupiat, quicquam de his minuere aut rapere presumat. Similiter et ego Geholt in ea silva quartae partis iuxta Haganbah iuris mei trado ad idem monasterium Wizenburc ad saginandum CC porcos, pro aeterna remissione peccatorum meorum. Pro simili remedio et ego Éta in silva quae vocatur Lutilinhard et Langenhard et Okeresbuhil et Sconinberc et Wassanbuhil trado dimidiam partem ass stipulatione perpetua. Actum in Saraburg, regnante Luduvvigo rege annos VI, sub testimonio Grimaldi abbatis. Werinbaldi. Gebold. Wertmanni. Adalhelmi. Etonis. Adalharti. RodoIfi. Hildigeri. Baltrammi. Willirammi. Waltgeri.